

DE CONSERVANDA

eo aceruat, nec resoluitur per hyemem, unde in autumno & hyeme secandæ sunt illæ uenæ, in quibus melancholia magis dominatur, suntq; uenæ sinistræ. In sinistra enim parte corporis situs est splen, receptaculum melancholiæ.

Secundo dicitur, hæc quatuor membra, cepha, id est, caput, cor, pedem, & epar, iuxta quatuor partes anni esse euacuanda. Cor quidem in uere, epar in æstate, caput in hyeme, & pedes in autumno.

DE COMMODIS EX SECTIONE ne Saluatelle. CAPVT CV.

EX Saluatella tibi plurima dona mi-
nuta,
Splenem, epar, pectus, uocem, præcordia purgat.

Innaturalem tollit de corde dolorem.

splen. Referuntur hoc loco sex commoda ex sectione uenæ, quam saluatellam uocant. Estq; uena in dorso manus inter digatum auricularem & annularem. Primum est, purgare splenem. Secundum emundare epar. Tertiū mundificare pectus. Quartum, auferre nocumenta uocis. Quintum, præseruare præcordia, id est, orificium stomachi à nocumento. Sextum tollere dolorem innaturalem cordis. Ratio omnium est, quòd hæc uena ab omnibus illis locis sanguinem euacuet, ut paulo post declarabitur.

Pre